

(5)

37
ita ab anno 1612, usque ad annum 1624. è lumine suo
scripta adornarit de tam profundis mysteriis, uti jactatur in
vitæ ejus descriptione, tractatui *Der Weg zu Christo* præ-
missa, utpote de Deo, de cælo, de Angelis, de Christo, de homi-
ne, de inferno, & de diabolis, qualis tam profunda sapientia
nunquam ab Apostolorum tempore audita, nec revelata sit, ut
hinc merito vir admirandus dici possit. Quamquam verò
donum lingvarum donum sit Spiritus S. quod ad veritatis
cœlestis propagationem etiam extraordinariè concedi-
tur, nemo tamen de hoc homine, ejusque manifestationi-
bus præsumere potest, ipsum à Spiritu S. instructum fuisse:
Siquidem non quæ veritatis sunt, sed quæ contra veritatem,
scripserit, quæque nullum alium autorem habent, quàm
patrem mendacii, utpote *Spiritui veritatis*, & *Scripturæ Sacræ*
prorsus adversa, quemadmodum ex illis ipsis designatis ca-
pitibus fidei Christianæ deinceps luculentissimè demon-
strabitur. Undè *fanaticum esse* illum sutores Görlizen-
sem *Quakeris* geminum, oportet, & visiones ejus En-
thusiasticas, vereq; diabolicas.

QVOD TERTIUM MEMBRUM

uberius confirmabit.

Quod nempe multa in ejus scriptis contine-
antur à lacris literis aliena, iisdemque *надънаветъ*
adversa,

Ex quibus nonnulla tantùm paucis hic designabimus. (1)
è Tractatu *Weg zu Christo* / Libell. 1. von wahrer Bus-
se / p. 36. *Alhie tritt die Jungfrau (Sophia) / wel-
che sich aus dem theuren Namen Jesu / mit Christo
dem Schlangen-Tretter / als dem Gesalbten Gottes*

A 3

dem